



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

Seculum VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

anno 600. natus, & an. 631. regnare, & tamen jam an. 525. operam restituendæ Moguntiaë tribuisse refertur. Profectò rarum prorsus naturæ beneficium, centum annis priùs jam regnare, aut operari, antequam nasci. Verùm levior hic inter plures Hübneri defectus facilè illi condonatur.

SECVLUM VII.

XXXV. Rudelinus, aliis Rudhelmus, sedit an. 10. sub Bonifacio III. & IV.

XXXVI. Luthvvaldus, an. 11.

XXXVII. Leovvaldus an. 12. sedit.

A Trithemio communibus laudantur laudibus, alter *Christianissimus*, alter *Vir sanctissimus* vocatus. Floruerunt sub Pontificibus Theodoro I. D. Martino I. D. Eugenio I. & horum successoribus.

XXXVIII. RICHBERTVS.

Richbertus, quem alij dixerunt Rigbertum & Sigebertum &c. Sed an. 13. si tamen turbata tempora statuere annorum finunt numerum, profectò hoc seculo incertissimum.

SECVLUM VIII.

XXXIX. GEROLDVS.

Geroldus Richberti successor foris, quàm domi illustrior, plùs Martem promovendo, quàm mortem meditando sese consecravit totum, factus denique Martis in prælio & mortis victima. Geminis nimirum bellis Carolus Martellus, Francia Major Domus appellatus, tunc temporis implicitus, Burgundos ab obsessa Moguntia repulit, & inde in Thuringiam adver-

sus